



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 146. Fridericus Nausea mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. CXLVI.

Fridericus Nausea mortuus.

Sæcul. XVI.

A.C. 1552.

Inter Scriptores Ecclesiasticos hoc anno *Calidius in*
mortuos recensentur Fridericus *Cat. Script.*
Nausea, Joannes Cochlaeus, Lazarus *Germ.*
Bonamicus, Paulus Jovius, Ambrosius *Poster. in*
Catharinus, Nonnius seu Nunnez de *appar. Mi-*
Gusman, & Lilius Georgius Geraldus. *Script*

Hos inter primus erat Fridericus *Sæcul. XVI.*
Nausea natione Germanus alias latino *Dupin. Bibl.*
nomine Blancicampianus appellata *des Auth.*
tus, qui jurisprudentiam, ac Theo- *Eccl. tom. 14.*
logiam professus, sua eruditione, ac
eximio Novatores convincendi studio
percelebris tam Moguntiæ, quam Vien-
næ in Austria magnum sibi nomen com-
parabat, quo circa Anno post Christum
natum millesimo quingentesimo quad-
ragesimo quarto in mortui Joannis Fa-
bri locum ab Imperatore Viennensis E-
piscopus nominabatur, quinimo præ-
clara meritorum fama eo impulit Caro-
lum V. ut Virum hunc ad Tridentinam
Synodum alegaret, ubi tamen die
sexta Februarii hoc anno post plurimos
pro Dei Ecclesia exantlatos labores ani-
mam Deo reddidit. Elucubrabat is con-
tra hæreticos quatuor sermones de Mis-
sa Anno millesimo quingentesimo vige-
fimo septimo Moguntiæ typis impressos,
necnon quatuor homiliarum centurias

I i 4

ibi-

Secul. XVI. ibidem Anno Christi millesimo quingen-
A.C. 1552. tesimo trigesimo quarto editas : quarto
 autem post anno Lipsiensibus literis quin-
 que libri de Conciliis excusi prodiere,
 & postea Coloniæ Anno Salvatoris no-
 stri millesimo quingentesimo quinquage-
 simo quinto quatuor libri de fine mun-
 di , necnon tres libri de ultimo Christi
 adventu fuere editi præter plura alia tam
 dogmatica , quam moralia opuscula,
 quæ in operum suorum editione Colo-
 niæ per Quentelium Anno Incarnatio-
 nis Dominicæ millesimo quingentesimo
 septuagesimo sexto collecta reperiuntur.
 Scripsit insuper valde curiosum de rebus
 mirabilibus tractatum , qui seorsim una-
 cum imaginibus Coloniæ Anno mille-
 simo quingentesimo trigesimo secundo
 impressus prostat , ubi Auctor de mon-
 stris , prodigiis , cometis , aliisque mi-
 ris , rarisque naturæ Phænomenis in
 sex libris discurrit.

§. CXLVII.

Joannis Cochlæi extrema.

Joannes Cochlæus , cuius frequens in
 Historiæ nostræ decursu sermo occur-
 rebat , patria erat Norimbergensis , nec-
 non Wratislaviæ in Silesia Canonicus ,
 seu ut alii volunt , Francofordiæ ad
 Mænum Decanus : ut ut res se habue-
 rit,